UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus

München, 1636

XIV. Hyperduliæ species, Marianum Rosarium in dies recitare.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55266

Visual Library

niúmq; gratiarum domina, hanc etiam gratiam retulerit, ut Angelus non tantummodo audire ſed etiam eſſe, non quidem naturâ, ſed virtute formâque mereretur. Nam fuit Berchmannus (teſte Cepario) ſpecie verè Angelicâ, addo ego: etiam virtute.

XIV.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Marianum Roſarium in dies recitare.

§. I.

Suauiſſimam pietatis ſuæ fragrantiam Berchmannus longè latéque per Europam diffudit. Quid mirum? Roſas identidem legit, nec à Marianis vnquam Roſarijs auelli potuit. Hæc ille quotidie, magnâ religione percurrit, nunc genibus flexis, nunc ſtans, aliàs ſedens, nonnunquam per aulam parentem ob-

Cepar. in eius Vit.

ambulans, animo ſic in res quas meditabatur defixo, vt à latere prætereuntes, à quibus ſalutabatur, non aduerteret.

§. II.

Præmium Hyperduliæ.

Recitati nempe toties, támque frequenter, piéque vſurpati Roſarij, fuit, quòd exanimo iam corpori ipſius Berchmanni, plurima piorum hominũ Roſaria fuerint admota, quæ ſacrarum inſtar reliquiarum religioſiſſimè aſſeruantur. *Cepar. pag. 211.*

X V.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

In Angelicam Salutationem etiam ſcripto commentari.

§. I.

COepit IESVS facere & docere: Sic & Berchmannus quæ fecit, etiam